

Octo 1528. 54/

Venerabili in Domino viro D. Johanni Hlesro
Pastori Uratislaviensi, suo in Christo fratri
charissimo.

Ernoldi hndi Fried in Prito. Miror, quod cum scire,
hos optimos cives ad nos proficisci, nihil ad nos libera-
rum sederis, quibus vel letos vel certos saltem faceres
de tuo statu. Audimus enim Ferdinandum, vel suos
potius Satrapas, mirum furere contra Christum: sed
Psalmus secundus est illorum tyrannis, rursus et nostra
complatio. Rogo te, ut pro nobis omnibus orandum jubeas
ab Ecclesia tua. Satan enim junctis viribus et copiis suis
omnibus nos persequitur. Quare et nos necesse est jungere
manus et corda cum ferventi oratione, ut Dominus
conterat Satanam sub pedibus nostris, Amen. Salutat te
Jonas fustus et Philippus reverenter. Dein commendo
tibi Maistro Bernigel Brodofsmid, quem nos plantare
studuimus, tu fac, ut rigeat. Nam fortiter disputavit de
providentia Dei. Vale Moibanum et omnes fratres
in Domino. 14. Octobris. Anno 1528.

Martinus Luther

Ad Mentera de Diabectis Graecis et Ciceroni-
ano Erasmi.

53/

S.P.D. quod tardius aliquanto quam tu fortasse expectasti,
litteris tuis respondeo, purgarem me. multo sane verbis
si tuo in me amori diffiderem. Nunc vero quia sentis
quanti me facias, illud michi persuadeor ut ego michi
dicam, te ipsum pro me esse locuturum. Quamobrem